87

1511. d. 26 maj

# Sigism: I. Rex Poloniæ Vladislao Regi Hungariæ Bohemiæ:

Tempus induciarum Nrarum cum Cæsare Turcorum ad primam diem Augusti proximi finient idcirco jam ante constitueramus Oratorem Nrum ad Turcum mittere ad easdem inducias in longius tempus producendas idque Vræ Mtti antea jam significavimus, ut id communi consilio cum Vra Mtte fieret. Sed Mttas Vra non putavit esse festinandum, ut Oratores utriusque Nrum simul illuc proficiscerentur et communi consilio constituerent cum illo Imperatore inducias nolentes amplius in ambiguo pendere. Mittimus tandem Oratorem Nrum Gnosum Janussium Swirczewski ad Mttem Vestram, ut ab ea edoctus una cum Oratore Vræ Mttis ad Turcum pergat. Itaque et Vra Majestas posita omni mora, Oratores suos expediat, et cum eo proficisci faciat, et felicissime valeat. Datum in Brzescie, 26. Maj. 1511.